

7289 arca Panormi in crypta ecclesiae cathedralis.

D M  
TAC · IVLIA  
NO · EVOK  
QVONDAM  
5 AVR · LVCIL  
LA · CONIV  
GI · KARISSI  
MO · ET · IVLI  
VS · TACITIA  
10 NVS · FILIVS  
HEREDES  
POSVERVNT  
MERENTI

Recognovi. Gualterus n. 37 = 194 (inde Fabretti 636, 140 coll. err. typogr.; Noto p. 73; Torremuzza Pal. n. 84, Sic. IX, 9 = 10); Alex. Cusano *sotterraneo della catt. di Palermo* (1849) p. 16 tab. 3, ubi datur recte aeri incisa.  
2 id est *Tacitio*; nam filius, spurius opinor, appellatur *Tacitianus*.

7290 Panormi in ecclesia principali MARVC. GVALT.

V L P I O · S E V E R O  
N A R I S T V S  
E Q · S I N G · A V G · T V R  
B V S T V R O N I S · V I X · A N · X X X V I I I · D . . .  
5 M A N S V E T V S · E T · T I T V S  
H · B · M · F

Marucellianus A. 79. 1 f. 46' (inde Bongianellius apud Manutium cod. Vat. 5237 f. 255'; ex eo Manutius orth. not. explan. p. 69; inde Ligorius Taur. 13; Grut. 489, 5) integram dat Gualterus n. 30 = 187 (inde Torremuzza Pal. n. 97, Sic. IX, 13 = 14) sibi visam imminutam, explens ad exemplum Manutianum.  
Quae non vidit Gualterus, dedi inclinatis. — 2 NARETVS Maruc., NARPTVS (sic) Gualt.; emendavi ad Carnuntinam vol. III n. 4500. — 3 EQVO Gualt. — TVR Mar. Bong., CVR Man. (ed.), TRI Gualt. — 4 BVSTVRONIS Mar., BVSTORENIS Bong., BVSTOTENIS Gualt. — XXXVIII · D . . . Mar., XXXVIII · D Bong., XXX Man., . . . VII Gualt. — 5 ET · TITVS om. Manut.

7291 Panormi in aede maxima in pavimento 'lapides vicini olim coniuncti'.

DIVS PRIM TRIARCHVS

Gualterus n. 34 = 191. Inde Torremuzza Pal. n. 39, Sic. XVIII, 72 = 73.

7292 Panormi in domo praetoria MARTINES et POSTERIORES. Nunc in museo n. 64.

CLODIAE · SEX · F  
GRANILLAE  
CLODI · CASTI  
CLOD HERMADON  
5 FILIAE · DVLCISSIMAE  
D · D

Recognovi. Martines 1580 p. 294 n. 14; Gualterus n. 2 = 160; Noto p. 49 (inde Mur. 1153, 1); Torremuzza Pal. n. 41, Sic. XII, 17 = 20.

7293 Panormi rep. a. 1689 in subterraneis domibus palatii marchionis Hieracii; mox a. 1703 a Vincentio Perino ad palatium praetorianum deducta COD. D 84; rep. a. 1697 *spianandosi il cortile del Marchese di Geraci*, unde venit in curiam AVRIA. Iam in museo publico n. 72.

HOSTILIANVS  
P · S · P  
D · D

Recognovi. *Schedula* cod. bibl. civ. Panorm. Qq D 84; *Auria orig. del Crocefisso* ed. 3 a. 1704 (in prioribus edd. non reperitur) p. 243; inde Ant. Mongitore cod. Pau. Qq D 203 f. 1 et apud A. S. Mazochium ms. et apud Dorvillium Sic. ms. et ed. (1764) p. 585, 1; Noto p. 51 (inde Mur. 1686, 16); Torremuzza Pal. n. 43, Sic. XVIII, 69 = 70.  
Clausula similis est n. 7269.

7294 Panormi effossa in angulo di *Visita di poveri*.

PACONIO · CLODIANO  
PATRONO · BENE  
MERENTI  
EX · AERE · CONLATO

Gualterus n. 75 = 223, cui dedit Carolus Vintimillia. Inde Mur. 1552, 9; Torremuzza Pal. n. 32, Sic. V, 27 = 28.  
Similis est Lilybitana n. 7238 vel adeo eadem; vide quae ad eam adnotavimus.

7295 Panormi in impluvio S. Cataldi GVALT. NOTO TORR. Nunc in museo n. 58.

curatori kalendarii . . . .	IANI · QVOD · MERA · FIDE · ADMI	
nistravit eodemque tempore	CVR · PORTENSIS · KAL · QVOD · SINGVLARI	
diligentia tractavit,	IAVDABILI · MVNERARIO · QVI · INDVLGENTIA	
sacra cum munus	ex HIBVIT · ILLVT · MERVIT · OPTANDO · QVOD · VOLVII	sic
et universis civibus	EDITIONEM · GRATISSIMAM · REDDIDIT · QVOD · DIE	5
bus . . . . populum	per multa S · HORAS · THEATRI · VOLVPTAS · TENVIT · ET · HILARIS	
totus in harenam	inde a MERIDIE · TRANSIT · IN · QVA MIRATVS · HONESTISSIMVM	
apparatum instructum	omni GENERE · HERBARIARVM · ET · NVMEROSAS · ORIENTALES	
bestias versatusque	inde a MERIDIE · IN · VTRIVSQVE · CAVEIS · VARIS · MISSIONIBVS	
delectatus est, idemque ex indulg	ENTIA · SACRA · SPECIALITER · MERVIT · AT · CVLTVM ·	10
epulum instructumque	a MPLISSIMO · APPARATV · CIVIS · SVOS · VNIVERSOS	
ut vocaret. Cui cum populus propter	VOLVPTATES · HONESTE · EXHIBITAS · AD AVGENDAM	
optimi viri honorificentiam frequ	ENTISSIMIS · VOCIBVS · BIGAS · CENTVRIATIM ·	
postulasset, motus	verec VNDIA · QVOD ESSET · DVABVS · BIGIS · ET · EQVESTRIB	sic

statuis tribus(?) contentus . . . . .

Recognovi. Gualterus n. 23 = 179 (inde Mur. 654, 1); Noto p. 61; Torremuzza Pal. n. 31, Sic. VIII, 5. De hoc titulo egit Franciscus Serio *sopra una antica tavola di marmo, nella quale si descrivono i giuochi fatti nel teatro di Palermo dal proconsole Aureliano* (Panormi 1748. 4. pp. 64); lapidem tamen Serius ipsum non inspexit, sed sumpsit ex Gualtero.  
1 in. LIANI Gualt. contra lapidem. — 3 QVI om. priores omnes. — Ex tribus saxis iuxta positis medium remansit idque imminutum; nam versus primi truncati pars deficiens exordium quod requiritur non capit. — 9 *utriusque* accipio de duobus generibus ferarum herbaticarum et bestiarum. — *Missiones* videntur esse venationes; ferae enim ut caperentur, necessario mittendae erant. Vocabulum tamen ita usurpatum non memini alibi me legisse.